Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

de gia dique memorato uiro peculiariter adtributa e breuiter dixisse sufficiat. Ceterum cum adeum diebus quadragesimae uenissemus ac de diuersis questionibus eum flagitaremus. ad extremum de impugnatione demonum eum requirebamus. Cunque ille ut semper erat placidissimo uultu respondens dixit. Non enim habere demones potestatem quemquam hominum ledendi exemplum beati iob manifesta ratione demonstrat. ubi non amplius eum tentare audet inimicus. quam diuina ei dispensatione concedatur:

Sane in nobis experimentum mihi. et senior reuelatione compertum est. non eandem uim conferunt monachis hire nec demones. quam antiquorum patrum in anachoretarum principia. in quibus adhuc rarissimi monachorum in heremo remanebant. Tanta namque tunc erat demonum ferocitas. ut uix paucissimi tolerare habitationem solitudinis possent. Si quidem in ipsis cenobiis in quibus commorabantur. decem et xxu. ita eorum atrocitas grassabatur: et frequentes ac uisibiles sentiebantur aggressus. ut non auderent omnis partem noctis obdormire. sed uicissim alius degustantibus somnum. alii uigiliis celebratis. psalmis et orationibus seu lectionibus inherebant. Cumque illos ad sopore natuire necessitas inuitasset. expgefactis aliis ad eorum qui dormituri erant custodiam similiter uigiliae tradebantur. Vbi dubitari non potest unum eduobus nec esse. aut uirtutem crucis ecclesiam deserta penetrare.